

TABVL A MODER.

GRONLANDIAE ET RVSSIAE



VSIA regio tantæ fertilitatis, vt agro rude culto frumentoq; insperso tribus perpetuis annis fructū ferat, nec opus est, agrum quotannis inuertere, sed intermetendum segete le niter excussa, alia in sequentē annū sua sponte crescit. Gramē adeo procerum producit, vt peritcam transcedat, vnde ibi apum tanta copia, vt mella, nedum in aluearijs aut arboribus, verum in rupium & terræ cauerinis responat. Optimus medo et hic grandes cerarum orbes, qui ad nos usq; aduehuntur, ibi fiunt. Non impiscantur piscine & stagna Rusorum, sed (vt aiunt) pisces ex coeli influentia succrescent. Sal quodam in lacu Kaczibeio vocato, siccis temporibus colligitur, pro quo genti cum Tartaris crebra bella feruntur.

49

